Ἄφρον, καὶ ἔξω τῆς ἀληθείας! Ἐάν ἔχη ὁ Ἐνώχ τὴν παρῆσιαν, καὶ τὴν δόξαν τῆς μοίρας αὐτοῦ, ἀληθεύεις. Ἀλλὰ διὰ τῶν σῶν γραμμάτων ψευδόμενον τὸ Κουράνιόν σου λέγει, διὲ ὁ Ἐνώχ κατεῖτε εἰς ὑψηλὸν τόπον, εἶρον ἐν τῷ Κουρανίῳ σου τὸν παράδεισον, καὶ λοιπὸν ἐν τῷ παραδείσῳ ἔστιν ὁ Ἐνώχ. Καὶ διὰ τὸν Κύριον, οὕτως λέγει τὸ Κουράνιόν σου, διὲ ὁ θεὸς ἐκάλεσε τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀνώτερον τῶν οὐρανῶν. Καὶ τὸ θεῖον ἡμῶν εὐαγγέλιον οὕτω φησὶ· Ἐ Κύριε, τῆ σὴ ἀναλήψει ἐξεπλήρησεν τὰ Ἱερουσόμ, θεωρήσαντά σε ἐπὶ νεφελῶν ἀνερχόμενον, τὴν ἐπ' αὐτῶν καθεζόμενον. ἢ Πῶς οὐκ ἔμα τῷ Ἐνώχ; Πάλιν μάθε ἀκριβῶς, διὲ οὐδαὶς ἀνέβη ἐν ἀλληλημῶ, εἰ μὴ ὁ Χριστὸς ἐν φωνῇ σάλπιγγος· ὁ καταβάς ἐξ οὐρανοῦ αὐτὸς πάλιν ἀναλήθη ἐν ὁδῷ εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ὅπου ἦν ἐν πρότερον, καθὼς γέγραπται ἐν τοῖς προφήταις ἡμῶν. Ὡς γὰρ Δεσπότης καταβάς, πάλιν ὡς Δεσπότης ἀνέβη. Πῶς σὺ ἐμα ἴσος τῷ Ἐνώχ; Χοῦκός καὶ ποίημα, καὶ δοῦλος, καὶ θνητός, καὶ φθαρτός, εἰς οὐρανοὺς ὁ Μουγάματ εἰς ἀνέβη, μὴ πλανῶ, ὥστε ἀληθεύειν ἀναληθῆναι αὐτὸν εἰς οὐρανοὺς, καὶ μαρτυρεῖν περὶ τούτου τὴν θυματέρα αὐτοῦ Φατμάν. Καὶ αὐθις λέγεις· Ὁ Χριστὸς ἠύχετο, καὶ ὁ εὐχόμενος δοῦλος ἐστὶ τοῦ θεοῦ. Ἀλλ' ἀκουσον ἐμοῦ τοῦ Ἐδρσηνοῦ. Ἐδειξά σοι πολ-

λάκις, ὅτι ὁ Χριστὸς Λόγος ἐστὶν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ Κουράνιον σου μαρτυρεῖ. Καὶ μὴ πολυπραγμονῆς περὶ τούτου. Τὸν Θεὸν Λόγον δοξάζει, καὶ ἀνυμνεῖ, καὶ προσκυνεῖ πᾶσα ἡ δύναμις τῶν οὐρανῶν. Καὶ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὁ Λόγος οὗτος ἐσκήνωσεν ἐν τῇ σαρκί, ἣ καὶ καλεῖται ἡ σὰρξ αὐτοῦ νῶς Θεοῦ Λόγου. Καὶ ἐν τούτῳ τῷ ναῷ νεκρὸς ἐζωοποίησεν ὁ Λόγος θεοπροπῶς, καὶ τὰ ἐξῆς.

nia, adoratione prosequuntur omnes caeli virtutes, et totum genus humanum. Et Verbum istud habitavit in carne, et caro ista facta est templum Dei. Et Verbum modo Deo conveniente, mortuos vivificavit, existens in isto templo nimirum carne, et

Ὅραξ, ἐπεὶ νῶς Θεοῦ ἐστὶν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, λοιπὸν οὐ χρεῖαν ἔχει τοῦ εὐξασθαι, καὶ ἐὰν εὐχηται ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ἔλεος καὶ συγχώρησιν διδάσκει τῷ λαῷ, σώσει βουλούμενος αὐτούς. Καὶ λέγεις· Καὶ ὁ ἄγγελος ἀσώματος ἦν, καὶ νῶς Θεοῦ. Διὰ τί εὐχεται; Ἀρετῆς, οὐδέποτε εἶπεν ὁ Θεός τῶν ἀγγέλων, ἢ προφητῶν τινι, « Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε, » ὡς ἐκ στόματος Δαβὶδ, ἢ, « Νῶς εἶ τοῦ Θεοῦ. » Οὐτε πάλιν, « Οὐδέ ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, αὐτοῦ ἀκούετε. » Ἄλλ' οὐδέ τῶν ἀγγέλων, ἢ τινι τῶν προφητῶν, « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. » Οὐδέ αἰθῆς πρὸς ἄγγελον, « Ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐκ δεξιῶν. » Οὐτε πάλιν, « Ἀπ' ἀρχῆς τὸ ὄνομα σου ἐστὶν ὑπὲρ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην εἰς τοὺς αἰῶνας. » Οὐδέ πάλιν πρὸς ἄγγελον, ἢ προφήτην, « Σοὶ προσκυνήσουσιν οἱ βασιλεῖς τοῦ λαοῦ, καὶ αἱ φυλαὶ, καὶ ἐπὶ σοὶ εὐλογοῦνται, καὶ προσκυνήσουσιν σε πάντες ἄνθρωποι. » Οὐκ ἐστὶν ἕρα λοιπὸν, καὶ ὁ ἄγγελος νῶς Θεοῦ, ὡς σὺ δοκεῖς. Καὶ αἰθῆς ἔρωτώ σε ἐκ τῆς γραφῆς σου, ὅτι ἐβδομηκόντα τρεῖς φυλαὶ εἰσὶν οἱ Μουσουλμανοὶ, ὡς λέγεις, ἡ μία τοῦ παραδείσου, καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν κολάσεων· καὶ πάντες ἕνα Μουχάμετ γινώσκουσιν καὶ ἕνα Θεὸν ἄλλον ὁμολογοῦσι, καὶ τέσσαρα δόγματα δογματίζουσι. Τὸ πρῶτον ἀπὸ Χανιφά, δευτέρου Σεφί, τρίτου Μελκί, τέταρτον Ἀχμέτ Χαμπλά.

Καὶ ἔμαθον, ὅτι λέγει ὁ Μουχάμετ ἐν τῷ Κουράνῳ, Ἐβδομηκόντα δύο φυλαὶ τῆς κολάσεως, καὶ μία τοῦ παραδείσου. Πάττως ὁ Μουχάμετ, οὐδέ ἀπὸ παλλῆς συλλογῆς βιβλίων ἐπαίδευσεν τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἵνα οἱ μὲν γινώσκουσιν, οἱ δὲ μὴ. Ἀπὸ τῆς τοιαύτης συλλογῆς πάντως ἡ διδασχὴ αὐτοῦ πᾶσα, καὶ ἡ πρὸς τὸν λαὸν κήρυξις, καὶ ἡ πίστις ἡ φοβερὰ, καὶ τὸ δόγμα, καὶ ἡ ὁμολογία τοῦ παραδείσου, καὶ τῆς κρίσεως, καὶ ἡσυγίας, καὶ ὁ ὕμνος, καὶ ἡ ψαλμωδία, καὶ ἡ προφητεία αὐτοῦ, καὶ ἡ διδασκαλία, καὶ ἡ σοφία, καὶ τὸ φῶς, καὶ ὁ νόμος, ὃν δέδωκε τὸ γένος τῶν Μουσουλμανῶν, τοῦτ' ἐστὶ τὸ εἶπεῖν, Οὐκ ἐστὶν Θεὸς, πλην Θεοῦ, καὶ ὁ Μουχάμετ ἀπόστολος Θεοῦ. Καὶ πάλιν, τοῦτο ἐστὶν τὸ κεφάλαιον τῆς σωτηρίας ἡμῶν, τὸ λέγειν, Εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ τοῦ ἰλουῦντος, καὶ ἰλασμένου, ὃ οἱ ἐν ἀληθείᾳ εὐχόμενοι. Καὶ ὅτι παρὶς τοιοῦτου δόγματος οὐ δοξάζεις, ἕτερος λόγος σωτηρίας οὐκ ὑπάρχει. Καὶ ὁ Μουχάμετ ἀπόστολος Θεοῦ, βασιλεῖαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσας.

A filia Phatima hoc testimonio suo tentavit confirmare. Rursus vere dicis : Christus etiam preces adhibuit, qui vera precatur, servus Dei haberi debet. Sed audi me respondentem Edcassenam, Sæpius hoc tibi comprobavi, et hoc tuus Coranus testimonio suo confirmat, nimirum quod Christus sit Verbum Dei. Et ea de re non debes nimium esse sollicitus ; Deum vero Verbum honore, hymnet totum genus humanum. Et Verbum istud habitavit in carne, et caro ista facta est templum Dei. Et Verbum modo Deo conveniente, mortuos vivificavit.

Vides quod quandoquidem Verbum est templum Dei, sequitur non illi opus fuisse precibus, et si aliquando preces visum est fundera coram hominibus, hac agendi ratione voluit illos misericordiam et indulgentiam docere, et illos ad salutem perducere. Sed dicis : Angelus est incorporeus, et templum Dei, quare ergo precatur? Sed deliras, nulli unquam angelorum aut prophetarum dixit Deus, hodie genui te, ut loquitur David, aut tu es templum Dei. Et rursus de nullo alio dictum est : Hic est Filius meus dilectus, audite illum. Et nulli angelorum aut prophetarum dictum est : sede a dextris meis donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Nec de angelo dictum : Deus noster est a dextris. Nec rursus : Nomen tuum est ab initio ante solem, et lunam, et in sæcula ; nec de angelo et propheta dictum : Te venerabuntur reges populi tui, et tribus populi tui in te benedicentur, et te adorabunt omnes homines. Non ergo sequitur, ut tu existimas, quod angelus sit templum Dei. Sed rursus apud te quæstionem movebo ex ipsa scriptura tua petitam, ubi narratur septuaginta tres esse tribus Musulmannorum, unicam vero paradisi dilectis potituram, alias vero omnes supplicis et pœnis adjudicandas ; et omnes quidem unum Muhammede in agnoscant, unum vero alium Deum confitentur, et quatuor quidem sententias varias foveant et profitentur. Unam a Chanipha, alteram a Sephi, tertiam a Melchi, quartam ab Achmet Champil.

Et audi vi et novi quod Muhammed doceat in Alcorano septuaginta duas tribus supplicis, unicam vero destinari paradiso. Certe Muhammed ex varia et multiplici librorum cognitione populum suum non docuit et institutione erudit, ut quidam, illius doctrinam assequerentur, alii vero non ; ex una et eadem ferragine fluxit tota illius doctrina, et illius ad populum prædicatio, et horrenda fides, et doctrina, et confessio de paradiso, ultimo iudicio, et quiete æterna, et hymnus, et psalmi, et disciplina, et supplicatio, et lux, et lex, quam genti Musalmanicæ tradidit, in eo tantum consistit, ut dicatur, non est Deus nisi Deus, et Muhammed apostolus Dei. Et iterum, hæc est summa salutis vestræ, in nomine Dei miseratoris et misericordis quem in veritate precamini, et præter istud dogma, nulla alia Dei celebratio, nullumque apud vos aliud verbum salutis. Et Muhammed est apostolus Dei qui tamen regnum Dei non est consecutus ; quicumque

vero sicut scriptum est confessus fuerit, inter cives A et accolas paradisi recensebitur. Væ toti generi Musulmanico propter talem doctrinam. Quia qui hæc audit, et credit illa in paradiso fieri, immergitur peccato sicut aqua scaturiens et mergens herbas. Cæterum quandoquidem omnes Musulmanni ut ipse bene novi, talia verba proferunt et sic omnes sentiant, quomodo tu asseris septuaginta illorum tribus et familias pœnis adjudicari, unicam vero paradisum consecuturam. Ostende mihi quomodo hoc fiat, si illud nosti; si vero illius non es conscius, hoc tibi ipsi, ipse dicam et significabo.

Propterea dixit Muhammed septuaginta duas tribus ad supplicia destinari, unam vero ad paradisi voluptates, quia septuaginta duæ, inquit, sunt tantum Musulmanicæ quoad cultum publicum, et B externe tantum profitentur vera dicere Muhammedem, clam vero asserunt populum Muhammedis cum illo falli et fallere. Et dicam tibi quænam sint istæ tribus, et eorum nomina, nempe Chasisimi, Separi, Ismaeli, Montani et reliquæ quæ sequuntur. Sed ne nimis longas verborum ambages nectamus, rursus dico quod septuaginta duæ vestræ linguæ, abnegent Muhammedem. Nostræ vero omnes unicam fidem profitentur, et Christum religiose colunt. Si vere vestræ septuaginta duæ tribus et linguæ Muhammedem abnegent et reproben, quænam veritatem proferent. Omnino vel plures vel una saltem mentientur. Nec est quod dicatis fideles et electos veritatem profiteri. Nam hoc etiam responsum dissolvam et elidam. Nam dic mihi C o Agarene, quare Deum ipsum conviciaris et calumniaris, asserens Deum hæc verbain ambitu throni sui exarasse, non est fides vera alia quam fides electorum Musulmannorum. Hoc quippe inveni scriptum in Corano tuo. O a veritate aberrans, nullus unquam vidit Deum, nec illius thronum conspexit, quis te ergo certior fecit ista circa thronum Dei esse scripta et exarata? Si vero dicas hoc te didicisse ex tuo ipso Corano, certe prorsus mentitur Coranus tuus. Nam ubi erant omnes Musulmanni tegit aquis superiora illius, et omnia comprehendit.

Nunc vero dic mihi, o fidelis, quo titulo gaudere contendis inter omnes alias nationes, an non summa salutis hominum fidelium, et vera et recta via ad vitam æternam, et fundamentum salutis animæ et corporis, et puræ ad Deum orationis, est cognitio D Dei. Tu vero deum ratione et vita carentem agnoscis et confiteris, illumque cultu divino prosequeris et veneraris ut superius ostensum est. Addete non habere prophetam aut apostolum; qua ratione ergo te ipsum electum voces declara et comproba. Nec habes sacerdotium, nec gratiam, nec templum, nec remedium ad morbos animæ et corporis curandos, nec psalmos, nec orationes. Si mentier, fac ut constet falsitas et mendacium meum. Illa ergo agnoscens quomodo poteris ingredi regnum cælorum et gratiæ Dei particeps evadere? Ab istis omnibus es quam longissime alienus.

Ὅστις δὲ οὗτος ὁμολογήσας, ὡς γέγραπται, ἐστὶν πολίτης τοῦ παραδείσου. Οὐαὶ τὸ γένος τῶν Μουσουλμανῶν ἐν τῇ λόγῃ τούτῃ. Ὅτι ὁ ἀκούων τοῦτο τοῦ γενέσθαι ἐν τῇ παραδείσῳ εἰσάγει τῇ ἀμαρτίᾳ ὡς βρύσιν χόρτου. Αἰοῦν, ἐπεὶ πάντες οἱ Μουσουλμανοὶ, ὡς οἶδα κάθω, τοιαῦτα λόγια λέγουσι, καὶ φρονοῦσι, σὺ πῶς λέγεις, ὅτι ἐβδομήκοντα θεοὶ εἰσὶν φυλαὶ τῆς κολλήσεως, καὶ μία τοῦ παραδείσου; Ἰπόδειξον, ἐὰν γινώσκεις πῶς εἶναι. Εἰ δὲ οὐκ οἶδας, φράσαι σοὶ αὐτός.

Διὰ τοῦτο εἶπεν ὁ Μουχάμετ, ὅτι ἐβδομήκοντα θεοὶ εἰσὶν τῆς κολλήσεως καὶ μία τοῦ παραδείσου, ὅτι αἱ ἐβδομήκοντα δύο αὐταὶ, λέγει, ἐν τῇ φωνῇ, καὶ ἀληθεύειν τὸν Μουχάμετ· ἐν δὲ τῇ κερμμένῃ, ὅτι ὁ λαὸς τοῦ Μουχάμετ σὺν αὐτῷ πλανῶσι, καὶ πλανῶνται. Καὶ μέλλω σοὶ διδάξαι αὐτοὺς, καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν, Χασισίμου, Σεπαρί, Ἰσμακίλι, Μουτχνί, καὶ αἱ λοιπαὶ καθέτης. Ἄλλ' ἴνα μὴ μακρολογώμεν, καὶ πάλιν αἱ μὲν ἐβδομήκοντα δύο ὑμέτεροι γλῶσσαι ἀρνοῦνται τὸν Μουχάμετ. Αἱ δὲ ἡμέτεροι τόσαι μίαν πίστιν ἐπὶ Χριστοῦ εἰδόνται εὐσεβοφρόνων. Αἱ γοῦν ὑμέτεροι ἐβδομήκοντα δύο γλῶσσαι εἰ ἀρνοῦνται τὸν Μουχάμετ. τινὲς γοῦν ἀληθεύουσιν. Διὰ παντός, ἢ πλείονος, ἢ μία ὑμῶν γλῶσσα ψεύδεται. Οὐτε, ὡς μὲν νομίζετε, πιστοὶ καὶ ἐκλεκτοί. Ἄλλὰ καταλύσω ὑμᾶς, καὶ συντρήσω. Διὰ τί, Ἀγαπήν, εἰπέ μοι, συκοφαντεῖτε τὸν Θεὸν λέγων, ὅτι ἔγραψεν γύρωθεν τοῦ θρόνου αὐτοῦ οὕτως· Οὐκ ἔστιν ἀληθεστέρη πίστις ἐτέρη, ἢ τῶν ἐκλεκτῶν Μουσουλμανῶν; Καὶ οὕτως εἶρον ἐν τῇ Κουρνίᾳ σου, πεπλανημένε· Τὸν Θεὸν οὐδεὶς ἐώρακε πώποτε, οὐδὲ τὸν θρόνον αὐτοῦ, οὐδὲ πῶς οἶδας, ὅτι οὕτως γέγραπται ἐν τῇ θρόνῳ τοῦ Θεοῦ. Εἰ μὲν λέγεις, ὡς ἀπὸ τοῦ Κουρνίου σου ἔμαθες, λοιπὸν ψεύδεται τὸ Κουρνίον σου. Ποῦ γὰρ ἦν Μουσουλμανός, ὅταν ὁ θρόνος τοῦ Θεοῦ ἦν, καὶ ὁ καθήμενος ἐπὶ θρόνου. ὁ στεγάζων ἐν ὕδασι τὰ ὑπερφᾶ αὐτοῦ, καὶ συνέχων τὰ πάντα;

cum esset thronus Dei, et sedens super illum, qui

Ἄρτι, εἰπέ μοι, ὡς ἐαυτὸν καλεῖς ἐκ πτωῶν τῶν γενεῶν, πάντως τὸ πρῶτον κεφάλαιον τῆς σωτηρίας τῶν πιστῶν ἀνθρώπων, καὶ ἡ εὐθετα ὁδὸς ἢ ἀπάγοσα εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, καὶ τῆς ψυχῆς, καὶ τοῦ σώματος σωτηρίας, καὶ καθαρᾶς εὐχῆς πρὸς Θεὸν, ἢ θεωγνωσία ἐστὶ· σὺ δὲ ἄλογον Θεὸν γινώσκεις καὶ ἄζων, καὶ αὐτὸς λατρεύεις, καθὰ καὶ πρότερον ἔδειξά σοι. Πάλιν οὕτε προφήτην ἔχεις, οὕτε ἀπόστολον. Πῶς γοῦν καλεῖς ἐαυτὸν ἐκλεκτὸν, δεξιόν μοι. Οὕτε ἱερωσύνην γινώσκεις, οὕτε χάριν ἔχεις, οὐκ εὐανθὸν, οὕτε ἴσιν ψυχῆς καὶ σώματος, οὕτε ψυχικῶν, οὕτε εὐχᾶς· καὶ εἰ ψεύδομαι, δεξιόν μοι. Καὶ ὅμως ταῦτα γινώσκων, πῶς δύνασθαι ἀπελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν καὶ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ; Τούτων πάντων πόρρω ταυχάνεις.

Καὶ ἡ κήρυξις, ἣν σε ἐκήρυξεν ὁ Μουχάμετ· Ὅτε Ἀ μέλλεις εὐξασθαι, λαβὴ μακρογούργουρον κεράμιον σὺν ὕδατι. Καὶ μετὰ τῆς δεξιᾶς σου χειρὸς βάλε τὸν δάκτυλόν σου εἰς τὴν καθέδραν σου. Ἐ καὶ μετὰ τῆς ἀριστερᾶς σου χειρὸς βάλε τὸ ὕδωρ, εἶτα πλύνε. Καὶ μετὰ τοῦ δακτύλου σου, ᾧ ἐπλυνάς τὴν καθέδραν σου, πλύνε μετ' αὐτοῦ τὸ στόμα σου. Εἶτα τὸ πρόσωπόν σου, ἔκτοτε τὰς δύο χεῖρας μέχρι τῶν ἀγκυλῶν, εἶτα τὰς ὀφρύς, καὶ τὰ ὠτα, καὶ τότε τοὺς πόδας. Καὶ εἰ μὲν ἔστιν ἐν ταξιδίῳ, ὀφείλεις πλύνειν ἕξω τῶν ὑποδημάτων σου, ἵνα μὴ κοπιᾶς, εἶτα ἐκβάλλειν αὐτὰ, καὶ πάλιν ὑποδέεσθαι. Καὶ ἐὰν φορῆς δακτυλίδιον χρυσοῦν, ἐκβαλε αὐτὸ, καὶ ἔκτοτε εὐχου. Εἰ δὲ μὴ, εὐχου. Καὶ ἐὰν φορεῖς γούνα ὑπὸ δέρματος κατοιδίου, μὴ εὐχου, πρὶν ἐκβάλλης αὐτήν. Καὶ ἐὰν πίνῃ ὁ Μουσουλμανὸς οἶνον ὄλην τινὴν ἡμέραν, καὶ θέλῃ εὐξασθαι, ἀνεκρίζεται εἰς τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ. Καὶ ἐὰν ἴσταξεν εἰς αὐτὸ ἀπὸ τοῦ οἴνου, πλυνέτω μετὰ σωπουνίου καὶ ὕδατος, καὶ τότε εὐξέσθω. » Κἀγὼ λέγω σοι, Οὐαὶ τῆς ἀφροσύνης, ὅτι ὁ πῖθος γέμει οἴνου, καὶ ἔξωθεν πλύνεται.

Ego vere regero : Vah ineptiarum et stultitiarum. quod intus vino plenum est.

Ὅτως καὶ εὐ τῆς κοιλίας σου γεμούσης οἴνου, καὶ οὐκ ἐμιάθης, καὶ τοῦ ἱματίου σου σταλαγμοῖς, ἐμιάθης. Καὶ αὐθις ἀνάθετε εὐχῇ τῇ μαινομένῃ ἀπὸ χρυσοῦ δακτυλιδίου, καὶ δερμακατοιδίου, καὶ ἀνάθεμα παραδείσῳ μαινομένῳ ἀπὸ χοίρου καὶ οἴνου. Τέλος πάντων ἡ διδασκαλία τοῦ Μουχάμετ σου παραγγέλλει σοι· Ἐ Εἰ μὲν ὑπάρχεις ἔγγυ· μασγιδίου, λαβὼν μανδηλίον, καὶ ἀπλωστον ἔμπροσθέν σου ἐχόμενος, ἵνα μὴ μαινωθῇ τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τοῦ χροῦς τοῦ μασγιδίου. Εἰ δὲ τυγχάνεις ἔξωθεν μασγιδίου, καὶ οὐκ ἔχεις μανδηλίον, ἐκβαλε τὸ ἄνωθεν σου ἱμάτιον, καὶ ἀπλωστον ἔμπροσθέν σου. Εὐχου ἄνωθεν αὐτοῦ, καὶ ἔστω ἡ εὐχὴ σου οὕτως· Τίς Θεὸς μέγας, ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν ; καὶ, οὐκ ἔστιν Θεὸς πλὴν σου, καὶ Μουχάμετ ἀπόστολος Θεοῦ. Ἀμήν. Εἶτα βαίνεις γονυκλισίας τρεῖς λέγων οὕτως· Εὐχαριστοῦμέν σε, Θεὸς καὶ Κύριε· τῶν ἀπάντων, ἡ τοῦ ἐλέους ἀβύσσος, ὁ ἐν τῇ μελλούσῃ ἡμέρᾳ ἀδωροδόκητος κριτῆς, καὶ βασιλεὺς, χάρισαι ἡμῖν ἰδοὺς εὐθείας, ἐν αἷς ἐδωρήσω τοῖς ἀγίοις σου πορευθῆναι οὐχ ὡς εἰ ὀργισμένοι ἐπορεύθησαν, ἔτι δὲ καὶ οἱ πεπλανημένοι Ἀμήν. Καὶ ποῖαι τρεῖς γονυκλισίας καθήμενος, καὶ ἀναστὰς λέγε· Τίς Θεὸς μέγας, ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν ;

τρεῖς· πάλιν δὲ καθήσας, καὶ μεγάλουνον τὸν Θεὸν τρεῖς· εἶτα χαιρετίσεις ἐκ τοῦ δεξιοῦ μέρους, λέγων· Εἰρήνη ἡμῖν. Καὶ ἐξ ἐνανθῶν πάλιν τὸ αὐτὸ, σὺν ἐλεημονίᾳ Θεῶ. Καὶ ἀπόλυε. » Αὕτη πάντως ἡ εὐχὴ σου, καὶ ἡ διδασκαλία σου, καὶ ἡ παρὰ Μουχάμετ σου σοφία. Πλέον δὲ τούτου οὐκ ἔχεις τὸ οἰοῦν.

Κἀγὼ δὲ σοι φέρω μάρτυρας, ὅτι πρὸ πάντων οἱ Ἀράβες τὰ ῥήματα ταῦτα εἶχον καὶ τῇ γράμματτα σὺν τῷ ἐλεημένῳ καὶ ἐλεοῦντι, ἃ δὲ Μουσουλμανοὶ καὶ γραμματικοὶ κελούετε, τὸν ὕμνον τούτου, καὶ τὴν ψαλμῳδίαν, καὶ τὸ, Τίς Θεὸς μέγας ; μάλλον

Hæc est vero doctrina quam promulgavit Muhammed, nempe, cum precibus orationi vacaturus es, accipe gurgulionem seu vas fictile, oblongum habens collum in quo aqua contineatur, Ἐ Et manu dextra ad anum et podicem admota sinistra quam injice, et fundamentum lava. Et digito quo fundamentum lavaveris et purgaveris, eodem ipso lava os tuum. Postea lava faciem, et manus ambas ad cubitos usque, denique lava supercilia et aures, postremo pedes ipsos. Si vero sis in præsidio, debes extra calceos lavare, ne hoc tibi molestiam creet, deinde illos excutere et iterum induere. Et si gestes annulum aureum, remove illum, et postea vaca orationi. Si vero annulo careas, potes statim orare. Et si tecum gestes vestem ex pelle cati seu felis consultam, ne preces fundas priusquam illam removeris. Et si Musulmannus toto die se vino ingurgitaverit, et voluerit tamen orare, attente consideret vestem suam, et si illam animadverterit vini guttis quibusdam maculatam, statim illam saponem et aqua purget, et postea incumbat orationi. » Nom hoc est dolium exterius purgare et lavare

Sic abdomine tuo onerato et pleno vino non contaminaris, guttis vero quibus inficitur vestimentum tuum es prorsus inquinatus. Et rursus anathemate notatis et prosequimini preces contaminatas gestatione annuli, et pellis felis, et paradisi ipsum vino et carne suilla contaminatam. Doctrina vero Muhammedis hæc tanquam finem et summam suorum dogmatum urget, ut nimirum : Ἐ Cum accedes ad moschæam, sudarium seu mantile extendas coram te, ne a colore vel terra moschææ inficiatur et inquinetur vultus tuus. Si vero es extra moschæam, et non habes sudarium, exue et extende superiorem vestem tuam, et super illa orationem tuam funde, et talis sit oratio tua : Quis Deus magnus sicut Deus noster, et non est Deus nisi Deus noster, et Muhammed apostolus Dei. Amen. Deinde perges et ter genua flectes dicens, benedicimus tibi, o Deus, qui es Dominus et rerum omnium arbiter, qui et misericordiæ abyssus, et qui ultimo die sedebis iudex nullis donis et muneribus corruptibilis ; o Rex, concede nobis vias rectas, quas concessisti sanctis, ut in illis incedamus, non vero sicut illi qui ira et errore a via recta deflexerunt. Amen. Et facies tres genuflexiones sedens, deinde surgens dic ter. Quis Deus magnus sicut Deus noster : Postea sedens Deum ter celebrabis et magnificabis, deinde salutabis ad dextrum latus dicens : Pax nobiscum ; deinde ad sinistrum eadem verba repetens, quibus

Ego vero testes tibi suppedito quibus constat ista omnia et dicta et scripta obtinuisse apud Arabes ante Muhammedem, imo verba ista : Cum Deo miseratore et misericorde, quæ vos Musulmanni libro vestro scripto adherentes soletis vestris sectatoribus

inculcare et inoperare, et istum hymnum, et istam psalmodiam, et ista verba: Quis est Deus magnus, etc., imo et astronomiam, et phaseos seu positionum lonæ calculos, et epilogramos, et artis medicæ sapientiam, et versus, et scholia, seu observationes, ista omnia excoluerunt Arabes multis annis antequam Muhammed oriretur. Omnis aëro a Muhammede excogitata sapientia, et prædicatio in eo consistit proferatur: Muhammed est apostolus Dei; tu non potes me mendacii arguere. Hoc discite ab ipsomet Muhammede. « Si quis, inquit, hoc faciat et confiteatur, futurus est paradisi incola, et si quis aqua non se purificaverit, non debet eo temeritatis devenire ut orare unquam audeat, et si quis contractaverit et tetigerit uxorem suam, non tantum debet fundamentum, et podicem lavare, sed a capite ad calcem debet totus aqua lavari, et tunc jus acquirit preces fundendi, et paradisi adipiscendi. Et rursus alia est prædicatio Muhammedis quæ sic se habet: « Ubi deerit aquæ copia, loco aquæ debet uti pulvere seu terra. »

Audi quippe diligenter eum qui recta institutione voluit te docere. Si contingat te hæere in campo nullis aquis irriguo, vel in monte, omnino non habes facultatem orandi. Si vero mors te derequente corripiat, plane tibi pereundum est nisi obtemperes mandato prophetæ tui, quo concedit et jubet ut, deficiente aqua, qua lavari possis, vice aquæ possis pulverem seu terram usurpare, et eo fundamentum purgare. Jam vero, o Agarene, dic mihi, cum manu pulverem collegisti, et manu podicem trivisti et defricasti, annon manus in illo quasi volutatur et inquinatur, et tamen a tuo Muhammede sencitum est, ut purgato tuo podice, os tuum, et vultus tuos statim etiam purificentur. Adeo ut, trito et purgato podice tuo, cum manu tua debeas statim illam admovere ad os tuum et faciem tuam, et vicibus quinquies repetitis hoc singulis diebus debet peragi. Si ergo locum aliquem ubi non sit aqua tibi contingat peragrare, et quinque vicibus terra tantum purificeris, quos fetores debebis naribus admittere, imo ad medullam usque? Et talem suavissimum odorem exhalat paradisi iste, tam calidis votis a te exspectatus et desideratus. Sed iterum dic mihi, si hæreas in cacumine montis alicujus celsissimi ubi non sit aqua et terra, et te mors subita et repentina invadat, omnino, o athee, pereundum erit tibi, cum in isto statu non tibi concedatur facultas orandi, et probe novi quod qui non orat, non habet Deum tanquam portionem suam. Sed ex supradictis et scriptis abunde tibi manifestavi te revera esse atheum. Deum quippe irrationalem, rationis et spiritus expertem veneras. Unde potes animadvertere sapientiam, doctrinam, prædicationem Muhammedis prorsus esse inutilem, quam obscura sit et tenebris involuta, quam confusa et merum Chaos. Unde fit ut ignoretis qualis sit vera sanctificatio animæ et corporis. Væ vobis, o barbaritæ.

Ostendi tibi qualis sit oratio tua, et ex doctrina tua hoc ipse potes colligere, et manifestavi omnem tuam perditionem. Et rursus tibi eandem perditionem tibi manifestabo, et ruinam, et interitum animæ tuæ et corporis tui, et quomodo non vis salvari a peccatis et criminibus quæ perpetrasti.

Ἐὶ καὶ ἀστρονομίαν, καὶ ψηφηφορίαν, καὶ στίχος, καὶ σχόλια, καὶ ἱεροσοφίαν, ταῦτα πάντα πρὸ τοῦ Μουῦχάμετ φανερά ἦσαν πρὸ χρόνων πολλῶν. Λοιπὸν τοῦτο τοῦ Μουῦχάμετ ἡ σοφία καὶ ἡ κήρυξις. Τοῦτο ἔστιν τὸ εἶπεῖν, ὁ Μουῦχάμετ ἀπόστολος Θεοῦ. Οὐ δύνασαι ποιεῖν με φεύσθην. Μάθηναι ἀπὸ τοῦ Μουῦχάμετ καὶ τοῦτο. « Ἐἴ τις ταῦτα ποιεῖ καὶ ἠμολογεῖ, ἔστιν τοῦ παραδείσου. Καὶ ὅστις ὡς καθυρρίζει ἐαυτὸν μετὰ ὕδατος, οὐ τολμᾷ εὐχεσθαι πόσιτι, καὶ ὁ συναρθεὶς τῇ συζύγῳ αὐτοῦ, ὁ μόνον τὴν καθέδραν πλύνει, ἀλλ' ἀπὸ κορυφῆς ἕως ποδῶν πλυνέτω μετὰ ὕδατος· καὶ τότε ἔχει ἐξουσίαν τοῦ εὐχεσθαι καὶ εἶναι τοῦ παραδείσου. » Καὶ πάλιν ἡ κήρυξις τοῦ Μουῦχάμετ σου οὕτως ἐστίν· « Ἐἴν μὴ εὐρεθῆ ὕδωρ, ἀντὶ τοῦ ὕδατος ὀφείλει εἶναι χυρὸς. »

Ἀκούσον γὰρ ἀκριβῶς παρὰ τοῦ ὁρθῶς διδάσκοντός σε· Ἐπέπερ παρατύχης εἰς κάμπον ἄνυδρον, ἢ βουνόν, λοιπὸν οὐκ ἔχεις ἐξουσίαν τοῦ εὐχεσθαι. Ἄλλ' ἴαν ἐξείφης λάβῃ σε θάνατος, πάντως ἀπολλύσαι· καὶ ἴαν ποιήσης κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ προφήτου σου, ὅτι ὅταν μὴ εὐρήσεις ὕδωρ, ἴνα λουθῆς, χυρὸν ἀντὶ τοῦ ὕδατος λαβῶν καθάρισον καθέδραν. Ἄρτι εἶπέ μοι, ὦ Ἀγαρηνέ, ὅταν κρατεῖς τὸν χυρὸν μετὰ τῆς χειρὸς σου, καὶ τρίψῃς τὴν καθέδραν σου μετὰ τῆς χειρὸς σου, συγκυλλεταὶ τῇ χειρὶ σου, καὶ Μουῦχάμετ οὕτω σοι παραγγέλλει, ὅτι ὅταν καθυρρίξῃς τὴν καθέδραν σου καθάριζε καὶ τὸ στόμα σου, καὶ τὸ πρόσωπόν σου. Τρίψας οὖν τὴν καθέδραν σου μετὰ τῆς χειρὸς σου, ἔπειτα θίς εἰς τὸ στόμα σου, καὶ εἰς τὸ πρόσωπόν σου· καὶ μέλλεις ποιῆσαι τριτάτην πενεάκις τῇ ἡμέρᾳ. Καὶ εἰ τύχη· εἰς ἄνυδρον τόπον, καὶ τὰς πέντε φορὰς μετὰ τοῦ χυρὸς ὀφείλει καθυρριθῆναι, πόσων ὠρωμῶν μέλλεις ὀσφρανθῆναι ἐν τοῖς ρισί σου μέχρι δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ μελεῶ· καὶ κατὰ τὴν ἐπαύσαν ταύτην ἴσται πάντως· καὶ ὁ προσδοκώμενός σοι παραδεισός. Καὶ ἴαν λέγῃς, εἶπέ μοι, εἰς ὅρος ὕψηλόν, ἐν ᾧ οὔτε ὕδωρ ἔστιν, οὔτε χυρὸς, τί μέλλεις ποιῆσαι; Ὄφείλει πάντως ἀποθνεῖν αἰφνιδίῳ θανάτου, πάντως ἀπολείσθης, ἄθνη, ἄνευ εὐχῆς· οἷδ' ὅτι ὁ μὴ εὐχόμενος Θεὸν οὐκ ἔχει μέρος, καὶ ἔμπροσθεν γεγραμμένον ἐδήλωσά σοι, ὅτι ἄθνη· εἶ. Θεὸν ἄλογον διχα λόγου καὶ κενύματος λατρεύεις. Ὅρῃς τὴν σοφίαν πόντων ἀναφελῆ, τὴν διδαχὴν καὶ τὴν κήρυξιν τοῦ Μουῦχάμετός σου, πῶς σκοτεινότερα καὶ χυρὸς; Ὅθεν εὐ γνώσεσθε τί ἔστιν ἀγίασμός ψυχῆς καὶ σώματος, οὐαὶ ὑμῖν βεβορρωμένοι.

ἴδειξ σοι πάντως τί ἔστιν εὐχὴ σου, καὶ οἷδης δυνάμενος τῷ δόγματι σου, καὶ ἐπενήρωσα πᾶσιν σου τὴν ἀπόλειπν. Καὶ πάλιν σοι δεῖξάι ἔχω τὴν ἀπόλειπν· καὶ πάλιν, δεῖξάι σοι ἔχω τὸν κλειπνόν τῆς ψυχῆς σου καὶ τοῦ σώματος, πῶς οὐ θέλεις σωθῆναι ἀπὸ των ἀμαρτιῶν σου, ὧν ἔπραξες. Πάντως

ὅπως ἐκήρυξεν ὁ Μουχαμίης, ἵνα νίψῃς ἀπὸ κορυφῆς ἄ  
μέχρι ποδῶν σὺν ὕδατι τῶ σώματι, εἴτε μετὰ τοῦ ὕδα-  
τος, εἴτε μετὰ τοῦ χοῦ; Καὶ εἶναι τὸ χῶμα μεμε-  
τρημένον μετὰ σκαλοῦς ἰκανοῦ, ἵνα μὴ πλείον, ἢ  
ἔλαττον λάβῃς. Ἰδοὺ γοῦν λέγω σοι· εἴτε ἀπὸ ὕδα-  
τος ἀγιάζεται ἡ ψυχὴ, οὔτε ἀπὸ χρώματος. Εἰ μὲν  
οὖν λέγετε, ὅτι ἡ ψυχὴ ἐστὶν ἱερωμένη, καὶ οὐκ ἔχει  
χρῆσιν εἰς τὸ ἱεροῦν αὐτῆν οὔτε ἀπὸ ὕδατος, οὔτε  
ἀπὸ χρώματος· κἀγὼ λέγω σοι, ὅτι ἡ ψυχὴ ἐνοῦται  
τῶ σώματι. Καὶ οὐ πῶς λέγεις, ὅτι ἡ ψυχὴ ἁγια-  
σμένη ἐστὶν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ σῶμα, ἐπεὶ μι-  
αρὸν ἐστὶ, χρὴ καθικάρηται αὐτὸ πλύνειν μετὰ τοῦ  
ὑδατος; Εἰ μὲν λέγεις ὅτι διὰ τὸ συμβῆναι αὐτῶ  
μιασμῶν, εἴτε ἐξ ἁμαρτίας, εἴτε ἐκ ῥυπαρίας, ἀναγ-  
κατὸν ἐστὶν πλύναι αὐτὸ καθ' ὕδατος, καὶ οὕτω  
εὐχεσθαι. Κἀγὼ λέγω, ὅτι ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα ἐν  
ἑστίν· καὶ τῶν δύο ἐστὶν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἁγιασμέ-  
της, τῆς ψυχῆς, καὶ τοῦ σώματος, ὡς πᾶρ καὶ ἐπὶ τοῦ  
μιασμοῦ ἀμφοτέρω ταυχάνουσι μέτοχα. Καὶ πᾶν  
ἱερὸν μιαρὸν οὐ γίνεται πώποτε, μᾶλλον τὸ μιαρὸν  
ἀγιάζεται καὶ ἱεροῦται. Καὶ ἐὰν τὸ ἱερὸν μιανθῇ,  
οὐκ ἀγιάζεται παρὰ τοῦ ὕδατος πώποτε. Ὅρα; αἰ.  
πῶς πεπλάνησαι.

netur, vi et aquæ subsidio nunquam poterit sanctificari. Vides jam quomodo a veritatis recto tramite deflectas et declines.

Πάλιν δὲ εἰπέ μοι, πῶθεν τὸ Κουρανίον σου λέγεις  
εἶναι Λόγον Θεοῦ, ἐλθόντα, καὶ οὐ ποιηθέντα; Ἐγὼ  
τὸν Λόγον τῶ Θεοῦ πῶς ἐκ φωτὸς γινώσκω. Καὶ  
πῶς ἠνώθη ἡ ἄληπος καὶ ἀπλῆ φύσις τῶ βιβλίῳ  
σου; Ἡ λεπτοτάτη τῶ τοιοῦτο πάχος ἔχοντι, ἐξαι-  
ρήτως τῶ τομαρῶ τῶ καταπατημένῳ ὑπὸ χοιρῶν  
ποδῶν, καὶ ἔργῳ χειρῶν ἀνθρώπων. Πῶθεν οὖν ἀπο-  
καλεῖς Λόγον Θεοῦ αὐτὸν ἐλθόντα, καὶ οὐ ποιηθέντα;  
Τὸ δὲ σῶμα τοῦ Χριστοῦ μου οὐκ ἐστὶ ποίημα ἀν-  
θρώπου, καὶ καταπάτημα. Πῶς οὖν οὐ παραδέχη-  
με λέγοντα, ὅτι Λόγος τοῦ Θεοῦ ἠνώθη τῇ σαρκί, καὶ  
ἐστὶν γεννηθείς, καὶ οὐ ποιηθείς; Ἐὰν τὸ βιβλίον  
σου ῥιπτόμενον εἰς τὸ καὶ αὐτῶ βοηθῆται οὐ δύ-  
νεται, πῶς αὐτὸ Λόγον Θεοῦ καλέση τις; Καὶ ἐὰν  
ὁ Κύριος αὐτὸν ἐκ τῶν Ἰουδαίων διεσώσατο, καὶ  
εἰς τὰ οὐράνια κατοικεῖν ἀναήλυθε, πῶς αὐτὸν  
Θεὸν Λόγον οὐ καλούμεν; Καὶ ἐὰν λέγεις, Τὸν Λόγον  
τοῦ Θεοῦ οὐ δυνάμεθα κρατεῖν, καὶ νοῆσαι, καὶ μα-  
θεῖν διὰ τὸ πάχος τοῦ βιβλίου· πῶς οὐ παραδέχη-  
μοι διὰ μαρτύρων πολλῶν, ὅτι ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἠνώ-  
θη τῇ σαρκί, καὶ ἔστι γεννηθείς, καὶ οὐ ποιηθείς;  
Καὶ οὕτω καὶ ἡμεῖς εὐρομεν ἐν τῶ πάχει τῆς σαρ-  
κὸς τὸ ἄλλον καὶ λεπτόν τοῦ Θεοῦ, καὶ εἶδομεν τὴν  
δόξαν αὐτοῦ, δόξαν προφανῶς Λόγου Θεοῦ.

quare sententiam meam non admittis variis testimoniis roboratam, qua assero Verbum Dei unitum esse carni et genitum esse, non vero creatum? Et ista ratione invenimus in crassitie et densitate carnis immaterialem et subtilissimam substantiam Dei, et novimus illius gloriam tanquam ipseissimam gloriam Verbi Dei.

Λοιπὸν πῶς ἡμᾶς ἐνειδίετε, ὡς ἐκαιοδιστάς, καὶ  
ἀσεβεῖς ἐν τούτῳ μᾶλλον, ὅτι εἰδόμενοι σημεῖα φοβε-  
ρὰ, καὶ τέρατα ἀναρίθμητα ἀπὸ τοῦ πάχους τῆς  
θείας σαρκὸς τῶ Λόγου τοῦ Θεοῦ. Καὶ οὐ ἀπὸ τοῦ  
Κουρανίου οὐ οὐδὲ τὸ οἰοῦσιν. Καὶ ὡς οὐκ ἔδυνά-  
θη μαθεῖν οὐ λεπτόν, καὶ ἀύρατον ἄλλως, εἰ μὴ

Nam tali prædicatione te omnino ebetrixit Muham-  
med, ut nimirum totum corpus a vertice ad pedes,  
laves aqua vel pulvere. Imo pulverem seu terram  
debere cum mensura adhiberi vasculo quedam  
apto, et ad manus istud composito, ne plus vel mi-  
nus quam par sit, adbibeat et infundatur. Jam  
vero tibi dica nec ab aqua nec a pulvere, seu terra  
potest sanatio animæ conciliari. Quod si regeratis  
animam esse sanctam, nec illi opus esse ut aqua  
vel pulvere sanctificetur, ego vero insto. et dico  
animam unitam esse corpori. Tu vero quomodo as-  
seris animam a Deo sanctificari, corpus vero cum  
est contaminatum debere singulis diebus aqua la-  
vari et purgari? Si regeras ideo hoc fieri propter  
contaminationem ex peccato vel ex sordibus, ac  
proinde opus esse ut aqua purgetur, et postea ora-  
tioni vacetur; ego etiam arguo et dico animam et  
corpus unum et idem esse quoad sanctificationem,  
et utrumque a Deo purgari et sanctificari, nimirum  
animam et corpus, cum ambo maculis et sordibus  
sint participes. Et omne sanctum contaminatum  
non evadit, sed quod est inquinatum sanctificatur  
et purgatur. Et si res aliqua sancta forte contami-  
netur, vi et aquæ subsidio nunquam poterit sanctificari.

Rursus vero dic mihi quare asseris Coramum  
tuum esse Verbum Dei non factum, et quod venit  
e caelo. Ego novi tantum Verbum Dei quod est lu-  
men ex lumine. Et quomodo uniri posset simplex  
et incomprehensibilis natura cum libro tuo, te-  
nuissima et subtilissima essentia cum re talis densi-  
tatis et crassitie, cum tuo nimirum volumine quod  
sæpe pedibus calcatur, et quod est opus manuum  
humanarum? Qua ratione ergo illud vocas Verbum  
Dei quod non est factum et quod venit ex caelo?  
Corpus vero Christi mei non est opus hominis,  
nec res quæ possit calcari. Quare ergo me non  
toleras et probas cum assero Verbum Dei carni  
esse unitum et illud esse generatum, non vero fa-  
ctum aut creatum? Si liber tuus projiciatur in pu-  
teum, vel alium aliquem locum ubi non possit se ip-  
sum juvare et ab isto discrimine se liberare, quomo-  
do tu potes illum nomine Verbi Dei designare? Et ai  
Dominus noster seipsum a furore Judæorum li-  
beravit, et caelos usque pervenit, ut ibi sedes suas  
figeret et collocaret, quomodo Verbum Dei illum  
non vocaremus? Quod si dicas: Verbum Dei non  
possumus comprehendere nec percipere, nec anim-  
advertere nisi per crassitiam et opacitatem libri,

Quare vero nos conviciis oneratis, tanquam in-  
cantatores et impios hac præcipue de causa, quod  
tremenda signa, et miracula innumera admittimus  
quibus ipsa materialis et divina caro Verbi Dei se  
commendavit? Nihil vero de Cocano tuo tale quid  
jactare potes. Sed sicut non potes substantiam sub-

tilem et invisibilem aliter concipere quam unitam a  
 densitati et crassitiei corporis Corani tui ; sic ego  
 Christianus non possum comprehendere et videre  
 Verbum Deum nisi per crassidem corporis sui. Et  
 rursus quomodo dicere possunt Musulmanni: Nos  
 volumus diei iudicii videre creatorem et formatorem  
 nostrum? Sed ego rogero tibi, cum Meccam tendis  
 ad orandum, et diligenter inquiris et instas ut pos-  
 sis videre sepulcrum Mohammedis, et illud saluta-  
 tione quadam prosequi, qui ibi commorantur, ut  
 ab isto consilio te deterreant dicunt, eo momento  
 quo sepulcrum videbis, excæcaberis et oculis or-  
 bes eris. Unde sequitur prophetam tuum multum  
 abest ut te juvet, imo ruinam tuam et perditionem  
 promovere. Sic in die iudicii si videas Deum ip-  
 sum, sicut futurum contendis, illum promptum et  
 paratam ad perditionem tuam experieris, et te de-  
 tradet in gehennam ignis. Tu vero dicis Muhamme-  
 dem esse hominem Dei, et qui scilicet a Deo injuste  
 agere didicerit? In tota vita sua, loco liberationis  
 mortem semper idem, eadem adhuc operatur, et  
 vice illuminationis, scotomate et excæcatione te  
 percutit, ut tu ipse asseris. O a veritate longe aberrans, qui non vidit divinitatem in hoc tempore  
 presentati!

Quare non asseris quod Verbum Dei, Deo co-  
 ævum, revera videmus in carne, in qua mortuos  
 excitavit, corruptos et non amplius existentes ad  
 esse pristinum revocavit, et carnem suam mortuam  
 vivificavit ut Deus? Quomodo ergo pares asseris  
 illum et Muhammedem? Sed coram Deo aliquid  
 adhuc mihi superest clarius quod contra te urgeam.  
 Cum es orationi et precibus operam daturus, pedes  
 habes super terram, et sub pedibus tuis jacet Mu-  
 hammed in terra, putredine ac vermibus corrosus  
 et dissolutus, manus vero tollis et tendis ad cælum  
 ubi est Verbum Dei, et thronus ejus et Spiritus  
 sanctus; et locum ubi jacet Muhammed pedibus  
 pulsas et calcas, ad locum vero ubi habitat Ver-  
 bum Dei, ad celestissimos istos cælus manus soles  
 attollere, et invocas cælestes exercitus, angelos,  
 archangelos, Cherubim, Seraphim, qui hymnis et  
 acclamationibus celebrant Deum maximum et po-  
 tentissimum, cum Verbo et Spiritu. Animadvertite, o  
 Agarene, locus quem calcas est locus in quo jacet  
 mortuus Muhammed, locus vero sublimis ille ad  
 quem manus extendis, est locus qui personat  
 hymno et concentu supra memorato. Quare ergo  
 Muhammedem et Christum dignitate pares vocas?  
 Quare non erubescis et pudore obrueris? Quomodo  
 similis esse potest æternus, immortalis, illi qui est  
 mortalis, mortuus et corruptus? Quomodo Verbum Dei,  
 rerum omnium opificis et creatoris, poterit  
 æquiparari cum opere et creatura terrena, cum Muhammede qui est impostor, et qui te decipit aqua  
 sanctificari animam et corpus.

Audi vero hanc parabolam: Homo quidam erat  
 indutus stela seu veste alba, cum vero in via per-  
 geret caeno et luto referta et sordida, cecidit in  
 solum et locum saxi et lapidibus asperum; vestis  
 quidem luto et caeno fait maculata, sed pes saxi  
 ejusmodi alitione contritus fuit. Quidam vero illum  
 ex isto discrimine tollentes et levantes, illum de-

σὺν τῷ πάχει τοῦ σώματος τοῦ Κορανίου σου ὁ-  
 τως κἀγὼ ὁ Χριστιανὸς οὐκ ἠδυνήθην μάθειν καὶ  
 ἰδεῖν τὸν Θεὸν Λόγον, εἰ μὴ διὰ τοῦ πάχους τοῦ σώ-  
 ματος. Καὶ πάλιν πῶς λέγεις, Ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως θέ-  
 λομεν εἶδεν τὸν πλαστοουργήσαντα ἡμᾶς; Κἀγὼ λέγω  
 σοι, ὅτι ὅταν ἀπέρχῃ εἰς τὴν Μεκκάν, ἐπὶ τὸ εὐχα-  
 σθαι, καὶ ἐκζητήσῃς εἰσελθεῖν εἰς τὸν τάφον τοῦ Μου-  
 χάμετ ἐπὶ τὸ ἀσκέσασθαι αὐτὸν, καὶ οἱ ἐκείσε λί-  
 γουσί σοι οὕτως· Ἄμα τῷ ἰδεῖν σε τὸν τάφον, ἀκαλι-  
 σαι ἔχῃς τοὺς ὀφθαλμούς σου. Λοιπὸν οὖν, ὁ προφή-  
 της σου ἀντὶ τοῦ σῶσαι σε, ἀπολίσει σε. Ὁμοίως ἐν  
 εἰδῆς τὸν Θεὸν ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, καθὼς λέγεις,  
 ἔτοιμός ἐστιν ἀπολῆσαι σε εἰς τὴν γέενναν τοῦ πά-  
 ρος. Σὺ λέγεις, ὅτι ὁ Μουχάμετ ἐστὶν ἐκ Θεοῦ ἄνθρω-  
 πος, καὶ λοιπὸν ἐκ Θεοῦ ἔμαθε τὸ ἀδικεῖν; Ἐν τῇ  
 ζωῇ αὐτοῦ ἀεὶ ἀδικίας καὶ ἀπωλείας ἐργάζετο ἀντὶ  
 τοῦ σῶσαι, καὶ μετὰ θάνατον πάλιν τὸ αὐτὸ ἀντὶ  
 τοῦ φωτίσαι σε τυφλώσει σε ἔχει, ὡς σὺ λέγεις. Ἡ  
 πεπλανημένη, ὅστις οὐκ εἶδε τὴν θεότητα ἐν τῷ πᾶν!

Καὶ πῶς οὐ λέγεις, ὅτι τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ τὸν  
 σύναρχον εἶδομεν ἐν τῇ σαρκί, καὶ ἐν αὐτῇ ἀνέστησε  
 νεκρούς, φθειρομένους δὲ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὴν  
 εἶναι αὐτοὺς παρήγαγεν, καὶ τὴν σάρκα αὐτοῦ ἐκ  
 νεκρῶν ἤγειρεν, καὶ ἀνέστησεν ὡς Θεός; Πῶς οὖν  
 αὐτὸν καὶ τὸν Μουχάμετ ἴσον ποιεῖς; Ἐνώπιον τοῦ  
 Θεοῦ σαφιστέρῳ σοι εἶπω. Μᾶλλον εὐχεσθαι, εἰ  
 πόδες σου ἐν τῇ γῆ. Καὶ ὁ Μουχάμετ κέεται ὑπο-  
 κάτω τῶν ποδῶν σου ἐν τῇ γῆ σσακημένος καὶ  
 διεφθαρμένος, καὶ ἄρας τὰς χεῖρας σου πρὸς τὸ  
 ὄψος τοῦ οὐρανοῦ, ἐν ᾧ ἔστιν ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ  
 ὁ θρόνος αὐτοῦ, καὶ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ὄσων κέ-  
 ται ὁ Μουχάμετ, καταπατεῖς, ὅπου δὲ κατοικεῖ ὁ  
 Λόγος τοῦ Θεοῦ, εἰς ὄψος αἴρων τὰς χεῖρας σου πη-  
 ρακαλεῖς τὰ οὐράνια τέγματα, ἀγγέλους, ἀρχαγγέ-  
 λους, Χερουβιμ, Σεραφίμ, ὑμναῦντας, δοξαλογοῦντας  
 τὸν μεγαλοδύναμον Θεὸν σὺν τῷ Λόγῳ καὶ τῷ Πνεῦ-  
 ματι. Βλέπεις, Ἀγαθνή, ὅπου πεταῖς, κέεται ὁ  
 Μουχάμετ, καὶ ὄσων κέεται τὰς χεῖρας σου ἀνωθεν,  
 ἐστὶν ὁ βῆθεις ὕμνος. Πῶς οὖν τὸν Μουχάμετ καὶ  
 τὸν Χριστὸν ἴσον ἀποκαλεῖς; Πῶς οὐκ ἐρυθρίθεις καὶ  
 αἰσχύνῃ; Πῶς ἔοικεν ὁ ἀεὶ ὢν καὶ ἀθάνατος τῷ  
 ἀεὶ θνητῷ καὶ φθειρομένῳ; Πῶς ἐξισοῦται ὁ Λόγος  
 τοῦ Ποιητοῦ, τῷ ποιήματι καὶ χροικῷ Μουχάμετ,  
 καὶ πλάνῳ, τῷ διδάξαντι σε, τὸ ὄσων ἐστὶν ἀγίωμα  
 τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος;

Ἄκουσον οὖν τὴν παραβολὴν ταύτην· Ἀνθρώπος  
 τις σελὴν λευκὴν ἦν ἐνδοξυμένος, περιερχόμενος ἐν  
 ὁδοῖς βεβορβορωμένης, καὶ πεσὼν ἐν τῷ πέλαγῳ, ὁ-  
 μῆθη ἐν αὐτῇ πέτρᾳ, καὶ ἡ μὲν σελὴ ἡ λευκὴ ἠμείν-  
 θη ὑπὸ τοῦ βορβόρου, καὶ ὁ ποδὸς αὐτοῦ ἐβλάσθη  
 ἐκ τῆς πέτρας. Ἀρᾶντες οὖν τινες αὐτὸν ἀπήγαγον  
 ἐν τῇ αἰκίᾳ αὐτοῦ, καὶ τὴν σελὴν αὐτοῦ ἐρηκάλοντες

ἀπέπλυναν μετὰ σαπουνίου· καὶ ἀπελευκάνθη κατὰ ἅ  
τὸ πρότερον. Τὸν δὲ θλασθέντα πόδα οὐ δύναται τὸ  
ἕδωρ μετὰ σαπουνίου ἰατρῆσαι, εἰ μὴ ἰατροῦ ἐμ-  
πίρου καταλαβόντος ἐν πολλῇ σχολῇ καὶ φρονεῖν  
ἀπολαθίσασθαι ὄγιη, ὡς τὸ πρότερον. Ὁ δὲ προ-  
φήτης σου οὕτως ἐδίδαξεν, ὅτι ὑπὸ τοῦ ὕδατος καθα-  
ρίζεται καὶ ἀκολουεῖται πᾶσα νόσος ψυχῆς, καὶ σώ-  
ματος. Ἄρτι τὸ ἕδωρ οὐκ ἴσχυσε ἀγιάσαι τὸν θλα-  
σθέντα πόδα ὁρατὸν τε καὶ φαινόμενον. Πόσω μᾶλλον  
τὴν ἀόρατον ψυχὴν [οἴ] δύναται ἀγιάσαι καὶ ἀποπλῦναι;  
Εἰ μὴ λέγεις, Ἐὐχὴ ἐστὶ ψυχῆς ἁγιασμός, πῶς οὐκ  
ἐστὶ καὶ τοῦ σώματος; Νῦν δὲ λέγω σοι· Δεκτόν ἐστι  
πρότερον θεραπεύσαι τὸ θλάσμα τοῦ ποδός, εἴτα  
πλῦναι τὴν στολὴν καὶ λευκᾶναι, ἥγουν πρῶτην τὴν  
ψυχὴν ἀγιάσαι, καὶ φωτίσαι, καὶ αὐτὸ τε τὸ σῶμα  
νίψαι μετὰ ὕδατος καὶ σαπουνίου. Οὐαὶ σοι, ἔλεεινέ,  
μέρος κρῖτος· τὴν ἀγίαν ψυχὴν κλοῦσιν ἐν παρα-  
δείσῳ, ἢ λέγουσιν, Ἐλθέ, πλυνέσκαλε ἐν τῷ παρα-  
δείσῳ.

illuminata, deinde, corporis aqua et smegmate lavandi est habenda ratio. Væ tibi, miserrime portio  
futura ultimijudicii. An vocatur anima ad paradysum et dicitur: Veni, o cunctilote, veni in paradysum?

Ὅταν γοῦν τελευτήσῃ ὁ ἄνθρωπος καὶ τρεφῇ, καὶ  
μετὰ τρεῖς ἡμέρας οὐκ ὑπάρχει, βρῶμα καὶ σκό-  
ληξ, καὶ ὄξει καὶ φθείρεται, καὶ οἷ ἐὰν μὴ πολλῶ  
χάματι καὶ πλακί τινι, καὶ ἀσπαλῶς περικυρῆ  
τῷ σώματι, ὁ ἐγγίστας αὐτοῦ πλησίον ἀπὸ τῆς πολλῆς  
δυσωδίας ἐτελεύτα ἄν. Νῦν δὲ τις ὠφέλειζ τῷ ἄν-  
θρώπῳ τὸν κῶλον αὐτοῦ πλύνειν πάσας τὰς ἡμέρας  
τῆς ζωῆς αὐτοῦ; φησὶ γὰρ ὁ προφήτης Δαβὶδ· « Καρ-  
δίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοί, ὁ Θεός. » Καὶ ὁ Μωϋσῆς  
τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ νύκτας ἐνήστευσε, καὶ  
τὸ στόμα αὐτοῦ ὄξυτο, λαβὼν δὲ φύλλα δένδρου ἀπ-  
εσπόγγισε τὰ χεῖλη αὐτοῦ. Καὶ ὀργισθεὶς ὁ Θεός αὐ-  
τῷ, εἶπεν· Αἰὰ τί ἐσπόγγισας τὰ χεῖλη σου μετὰ  
τῶν φύλλων; Ἔπαγε, νήστευσον ἐτέρας τεσσαρά-  
κοντα. Ἐγὼ νῦν ἁγιασθὲν ψυχῆς τε καὶ σώματος  
ζητῶ, ἐὰν βρομῇ τὸ στόμα σου, τί πρὸς με; Κοῦς  
ὑπάρχεις, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. Ἄρτι εἶπέ μοι,  
ὦ Ἀγαρηνέ, ἔπει ὁ Θεός ἐκατεδέξατο τὸ στόμα τοῦ  
προφήτου ὄξον, καὶ οὐκ εἶπον, Πλῦναι μετὰ ὕδατος  
αὐτοῦ τοῦ προφήτου, ἢ σπόγγισαι· οὐ πῶς λέγεις,  
ὅτι μετὰ τοῦ ὕδατος ἀγιάζεται ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ  
σῶμα; πεπλάνησαι. Καὶ δεῦν ἁμαρτάνης, οὐ μόνον  
τὸ σῶμα λαμβάνει τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλὰ καὶ ἡ ψυχὴ.  
Νῦν δὲ τὸ σῶμα ἐπλυνὰς ἀπὸ τῆς βυπαρίας μετὰ  
τοῦ ὕδατος, τὴν δὲ ψυχὴν τὴν ἀόρατον μετὰ ποιοῦ  
ὕδατος θέλεις καθαίρειν αὐτὴν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας;  
Καὶ πῶς προτιμᾷν τὸ σῶμα ἐκπλύνειν καθ' ἡμέραν  
πεντάκις, καὶ τὴν ψυχὴν ἀφαιναί; Οὐχὶ ἡ ψυχὴ  
ὑπάρχει μετῶν τοῦ σώματος; ὡσπερ τὴν στολὴν  
ἐλευκνᾶς, καὶ τὸ θλάσμα τοῦ ποδός οὐκ ἡδυνήθης  
θεραπεύσαι ὑπὸ τοῦ ὕδατος, ἀλλὰ μετὰ ἰατρῶν καὶ  
βοτανῶν ἀρίστων.

potes curare et dealbare. Sed pedem vulneratum et contritum non poteris juvare aqua, sed experi-  
entia medicorum, et viribus herbarum præstantiorum.

Νῦν θέλω σοι εἰπεῖν. Σὺ ἔχεις τάφον ἔχοντά τι  
ἔσθην ἐγκοίμισμα πάνν θαυμαστῶν ἀπὸ χροσίου  
καὶ μαργάρων, ἔσθην δὲ δυσωδίας καὶ σκωλήκων  
γίμει. Πάλιν ἐρωτῶ σε, ὅταν χωρισθῇ τὸ βρέφος ἐκ

matum deduxerunt, et illius vestem exuentes, et il-  
lam in aquam projicientes, cum saponе et smegmate  
illam lavarunt, et pristino splendori et candori  
restituerunt. Aqua vero et smegma non possunt ju-  
vare pedem laborantem et contritum, sed ars sola  
medici experientissimi, qui in se recipit onus cum  
tempore et cura, illam pristinæ sanitatē reddere et  
restituere. Propheta vero tuus tali te doctrina in-  
stituit, omnes scilicet animæ et corporis morbos  
cum aqua purgari, lavari et removeri. Jam vero  
aqua non valuit curare contritum pedem visibilem  
et in sensus incurrentem, quomodo ergo posset  
animam invisibilem lavare et sanctificare? Si di-  
cas: Oratio est animæ sanctificatio, quare non va-  
let etiam corpus ipsum sanctificare? Nunc vero is-  
tud et amplius dico tibi, convenientius est primo  
curare vulnus pedis, et deinde accedere ad ves-  
tem lavandam et dealbandam, sic primo animæ  
cura debet nos sollicitare, ut sit nimirum sancta, et

Cum vero aliquis mortuus est et sepulchro con-  
ditus, et corrosus, et redactus in putredinem et  
vermes, fetet et prorsus corrumpitur, et nisi multa  
terra tumulata, et asseribus, et maxima diligentia  
abscondatur corpus, talis exhælat fetorem, ut  
propius accedentes tetre odore statim enascantur.  
Jam vero quid juvat hominem singulis diebus tanta  
cura culum et colum lavare? Ideo dicit David pre-  
pheta: O Deus, crea in me cor purum et mundum.  
Et cum Moses jejunasset quadraginta dies et noctes  
inceptit acescere illius halitus, et ore ingratum odo-  
rem emittere; accipiens vero folia arboris eju-  
sdam quibus labia voluit irrorare et detergere,  
exarsit statim ira Dei et dixit; quare foliis labia  
deteristi? Abi et jejuna adhuc alios quadraginta  
dies, nam ego volo sanctificationem non corporis  
sed animæ, si male olet os tuum, quid hec ad me?  
Tu es terra et in terram et pulverem reverteris. Jam  
vero, o Agarene, dic mihi, quandoquidem Deus  
toleravit et admisit os fetens prophetæ Mosis, et  
non jussit prophetam, ut os suam aqua lavaret et  
detergeret, tu qua verecundiâ potes asserere ani-  
mam et corpus aqua purgari et sanctificari? Erras.  
Nam cum peccas non tantum corpus inquinatur,  
sed etiam anima peccati labe inficitur. Si vero cor-  
poris sordes aqua abstergis et deles, qua aqua ani-  
mam invisibilem a peccato liberare et purgare co-  
naris? Et qua ratione fit ut prius curetur corpus  
et quinquies singulis diebus purgetur et mundetur,  
anima vero neglecta et illota reliquitur? Annon  
anima dignitate corpus ipsum superat? certe res  
ita se habet ut in parabola vestis et pedis. Vestem

Nunc et aliud urgere volo. Habes sepulchrum mira  
prorsus loricâ circumdatum, et variis margaritis  
et auro decoratum, interius vero est plenum fetore  
et vermibus. Rursus aliud te interrogabo, cum



partus ex ventre matris emittitur, illius corpus aqua mundatur. Est vero molle illius corpus, et non potest adhuc orare, quod dico ne hinc occasionem invenias asserendi quod per preces sanctificatur illius anima ad ultimam usque mortis momentum. Ostendi ergo tibi quod aqua nec corpus nec anima sanctificentur. Si vero regeras quod fetus recens motus debeat circumcidi et sic sanctificari, respondeo, nec in hoc etiam consistere corporis vel animæ sanctificationem. Sed Israelitæ hanc habuerunt gentis et generis sui notam qua ab aliis gentibus distinguerentur. Iterum ergo atque iterum tibi dico quod qui docet Deum ratione carentem, omnino ille ipse caret cognitione et pietate, ut tibi supra representavi.

Rursus vero te interrogabo de viginti quatuor myriadibus prophetarum quos jactare soles, ut eorum nomina referas, et quid singuli vaticinati sunt, quo miraculo inclaruerint, quo tempore, quoque sub imperio extiterint. Totus orbis constat septuaginta duabus linguis, ut notum est. Et si potes memorare tuos prophetas secundum numerum linguarum totius orbis, fidem tibi habebimus. Nunc vero ne quidem centum prophetarum nomina potes referre. Audi quippe a me Edesseno rem quam tibi narabo. Die quodam Zecchetes seu religiosus quiescens, accessit ad quemdam Calepitarum, spes fretus quod ab illo rogam seu eleemosinam esset accepturus. Petit ergo ut quo erga Deum et prophetas amore ferebatur, vellet illi nummum erogare ad singula quæ memoraretur prophetarum nomina. Sedit vero illi petitioni ebtemperaturus. Et cum coram se collocasset magnam numerorum copiam, efflagitavit ab illo, ut singula Prophetarum nomina recenseret, ad quodlibet prophetæ nomen nummum accepturus. Cum vero jam quosdam nummos accepisset, et quorundam nominum prophetarum recordatus fuisset, statim hæsit memoria, et ultra non suppeditavit, etiamsi alter instaret et urgeret. Sic tentatus et irrisus fuit a Moratino, et pactum et conditio rescissa, et ab illo improbata. Si tunc adfuisse Christiani, annon ipsi vos ludibrio et risu excepissent. Cum ergo ignoretis prophetarum nomina, quemodo tantum prophetarum numerum apud vos floruisse audetis asserere, et quare non erubescis tot nummos efflagitare quot sunt nomina prophetarum, quæ tamen memorare non potes, et sunt tibi prorsus ignota. Sed ad ea quæ dixi rursus rogeris, Adamum fuisse prophetam primum; Muhammedem vero ultimum fuisse. Insulse et extra jacens veritatis orbitam. In variis locis deprehendi te dicentem, quod erat Muhammed, ante jacta mundi fundamenta, et regatus a me ubinam habitabat, asseris illum occultatum fuisse inter istam et aquam. Si vero res ita se habeat, quemodo est tempore Adamo posterior, si nimirum existit ante conditum mundum? Tu idem asseris et evertis. O omnis cognitionis experte, quare tu non erubescis?

Sed iterum te interrogabo: dic ergo mihi ubi et quando natus est Muhammed, quo profectus, ubinam mortuus et humanitatem tenuit, aut quemodo

τῆς κοιλίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καθαρίζεται τὸ σῶμα αὐτοῦ ἀπὸ ὕδατος. Αὐτοῦ γὰρ μαλακὸν τὸ σῶμα, καὶ οὐ δύναται εὐχὴν ποιῆσαι, ἵνα εὖρος ἀπορροῇ ὅτι μετὰ τῆς εὐχῆς ἀγιάζεται ἡ ψυχὴ αὐτοῦ μέχρι θανάτου. Ἐδείξα σοι, ὅτι τὸ ὕδωρ οὐ καθαρίζει ψυχὴν οὕτως σῶμα. Εἰ δὲ λέγεις ὅτι χρὴ παραμένεσθαι, καὶ οὕτως ἀγιάζεται, λέγω σοι, αὐτὸ οὕτως τοῦ σώματος ἐστὶν ἀγιασμός, οὕτως ψυχῆς. Ἄλλ' εἶχον εἰ Ἰσραηλίται τοῦτο γνώρισμα τῆς ἰδίας γενεᾶς, διὸ ἐπὶ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν Ἰθνην. Ἄλλὰ καὶ αὐτὸς λέγω σοι, ὅτι ὁ ἄλογον Θεὸν δογματίζων, καὶ ἀπλοῦν, εὐσεβείας ἐστὶν καὶ γνώσεως ἁμωρος, καθὼς καὶ ἐδείξα σοι ἐξ ἀρχῆς.

Πάλιν δὲ ἐρωτῶ σε περὶ τῶν εἰσοιτισσάμενων γιλιὰδων προφητῶν ὧν ἡμᾶς διδάσκεις, ὥστε καὶ τὰ ὀνόματα ἐξεῖπαι, καὶ ὁ καθὼς αὐτῶν ἐπροφήτευσεν, ἢ ποῖον θῆμα εἰργάσατο, καὶ ἔκποτος ἐπὶ ποίῳ βασιλείᾳ Ἰπῆρχεν; Ὁ κόσμος ἅλος ἐβδόμησεν δύο γλώσσαι εἶναι, ὡς οἶδαμεν. Καὶ ἐὰν ἔχῃς εἰπεῖν κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν γλωσσῶν τόσους προφήτας, ἐπιστευόμεν σοι. Νῦν δὲ οὐδέ ἓκατον προφητῶν ὀνόματα δυνήσῃ εἰπεῖν. Ἄκως γὰρ παρ' ἐμοῦ Ἐδεσηνοῦ. Μίαν οὖν τῶν ἡμερῶν ἦλθεν Ζαχαρίας, τοῦτ' ἐστὶν, ἡσυχαστῆς, εἰς τὴν βουγάν τιμ τῶν Χαλεπιτῶν, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἐὰν ἀγαπᾷς τὸν Θεὸν καὶ τοὺς προφήτας, χάρισόν μοι νόμισμα ἓν, ἐκείνου προφήτου ὀνόματι. Καὶ ἐκατέθετο αὐτῷ δοῦμα ὡς ἠτήσατο. Καὶ θεὸς ἐνώπιον αὐτοῦ κλήθη νομισμάτων, ἀπήτησεν αὐτὸν λέγειν καθενὸς προφήτου ὄνομα, καὶ λαμβάνειν ἀπὸ ἓν νόμισμα. Ὁ δὲ ἐρέμηνος τοῦ λαμβάνειν τὰ νομισματα, μόλις ἤρξατο καὶ ἐμνήσθη τινῶν ὀνομασιῶν, καὶ ἀπειτούμενος οὐκ ἐμνήσθη ἔτι. Λοιπὸν καὶ οὕτως καταγέλασθαι παρὰ τοῦ Μορατίνου, καὶ ἐπειρήθη, καὶ τὰ νομισθέντα ἐμνήσθη παρ' αὐτοῦ. Εἰ κερύχον ἐπιτινὸς Χριστιανοὶ ὡδε, οὐ καταγέλασαν ἂν ὑμᾶς; Πῶς οὖν ὑμεῖς, ἐπεὶ οὐ γινώσκετε τῶν προφητῶν ὀνόματα, τοσοῦτων κλήθος προφητῶν λέγετε ἔχει ὑμᾶς; Καὶ ἐπετόλμησας οὐ ζητῆσαι τοσαῦτα νομισματα περὶ ὧν οὐ γινώσκετε ἀριθμὸν τῶν ἡμετέρων προφητῶν. Λέγεις μοι κάλιν, ὅτι πρῶτος προφήτης ἐστὶν ὁ Ἄδάμ, καὶ ἔσχατος ὁ Μουχάμετ, Ἄφρων, καὶ ἔξω τῆς ἀληθείας. Ἐν διαφόροις τόποις εὖρηκά σε, ὡς λέγεις, ὅτι ὁ Μουχάμετ πρὸ καταβολῆς κόσμου ἦν. Καὶ ἐρωτώμενος παρ' ἐμοῦ πῶς ἐκατοῖται, καὶ λέγεις· Μεταξὺ παλοῦ καὶ ὕδατος ἐκρόκτετο. Καὶ λοιπὸν πῶς ὑστερον ἐστὶν τοῦ Ἄδαμ, ἐπειδὴ πρὸ καταβολῆς κόσμου ὑπῆρχεν; Σὺ καὶ αὐτὸ λέγεις. Σὺ καὶ ἀνατρέψεις, καὶ πῶς οὐκ ἐρωτήσῃς, ἀσύνετος;

Ἄλλ' ἐρωτῶ σε κάλιν, καὶ εἰπέ μοι, πῶς καὶ πῶς ἐγεννήθη ὁ Μουχάμετ, καὶ τοῦ ἐπορεύετο, καὶ πῶς ἐπίβηκεν, καὶ ὁ πῶς αὐτοῦ, καὶ ὁ πῶς αὐτοῦ

